



Quadragesimale Ambrosianvm Dvplex, In Dvos Tomos Divisum

In Hoc Opere Per Singulos Quadragesimæ dies habetur bina Concio cum Morali, iuxta Euangelia, quæ in Ecclesia Mediolanensi leguntur. Cvm Indicibus, Sacræ Scripturæ, Et Rerum notabilium, cum Summa Concionum & Thematum Euangeliorum. Accomodantvr Hæ Conciones Ad Vsvm Romanum pro Quadragesima & ...

Tomvs Primvs, Continens Conciones A Dominica Prima, Quæ Dicitvr In Capite, vsque ad quartam exclusiuè, quæ dicitur de Caeco

Bellintani, Mattia

Coloniae Agrippinae, 1626

Admodvm Reverend. Caelii Maffioli Salodiensis De Cerebro, Lingua, Digito in consumpto Matthiæ Bellintani corpore integris repertis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55873](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55873)


ADMODVM REVEREND.
CAELII MAFFIOLI SALODIENSIS DE CERE-
bro, Lingua, Digito in consumpto Matthiæ
Bellintani corpore integris repertis.

EPIGRAMMATA.

Qua tua Mens coluit, cecinit quæ Lingua, Manusq;
Tam dictis retulit nobilitata notis.
Illa eadem membris, quibus immaculata nitebant,
Dant fugere in lapsu corpore posse necem.
Hos Triadis munus, membris nouat illa quod hauris,
Ne sua quæ fuerant templa, soluta cadant.

Aliud eiusdem Auctoris in præfens opus.

Tela, Pericleo populum quæ sidera quondam
Torta nimis seuo concutiere metu.
Percupido commissa typis dum lumine lustro,
Et BELLINTANI pectora quanta tonent.
Flexanimis occulta notis vis maxima raptis
Sensibus ipsi animo se insinuatque meo.
Accipit hinc ictum altè cor penetrabile vulnus,
Suspirantque nouas viscera adusta faces.
Arma damus victi, sensus fractique trahuntur,
Cogimur inuicti quo trahit illa sequi.
Ad prædam rapimur, tanta sed sorte beati,
Quod Deus est raptor, quod bona victus habet.

A L I V D.

Dvm regeret dictis animos, motusq; cieret,
Et BELLINTANVS tartara, & astra daret.
Aufer, Diue, faces, plusquam satis arsimus, aufer,
Nam citò ni tollas (plebs ait) emoriar.
Quantis debebant miseri tunc ignibus vri,
Si qui scripta legunt, in cineres abeunt.

Ego Fr. Petrus à Bergamo Cappuccinus lector sacrae Theologiae, licet immeritus, commissione ad id mihi imposta à R. admodum Patre Fratres Paulo à Casena, totius Ordinis FF. Minorum S. Francisci Capuccinorum, Generali Ministro legi *Quadragesimale Ambrosianum* duplicatum à R. P. Fr. Matthia à Salodio, eiusdem Ordinis Concionatore celeberrimo compositum, & cum nihil à Catholica Fide, bonis moribus alienum contineat, & Concionatoribus aliisque sacrae Paginae studiosis magnam lucem, utilitatemque allaturum sit, utiliter ad modum in lucem edi posse ac debere censeo, In quorum fidem, &c. Datum in loco Aliminis 14. Kal. Sept. 1613.

Fr. Petrus qui supra.

Nos Fr. Clemens à Noto Minister Generalis, licet immeritus, totius Ordinis FF. Minorum S. Francisci Capuccinorum, *Quadragesimale Ambrosianum* duplicatum à R. P. Fr. Matthia Salodiensi, Ordinis nostri Concionatore celeberrimo compositum, & à nostra Religionis Doctis viris recognitum, & approbatum, opus dignum censemus, ut lucem aspiciat: ideo virtute presentium Typis excudi libenter concedimus, obtenta tamen prius eorum, ad quos spectat, licentia, & facultate. In quorum fidem has manu propria subscripsimus, & sigillo nostri officii maiori iussimus communiti. Datum Lugduni die 11. mensis Maii 1624.

Fr. Clemens à Noto, Minister Generalis.

Imprimatur.

Fr. Aloysius Bariola Augustinianus Consultor S. Officii,
Pro Reuerendiss. Inquire.

Nihil in isto *Quadragesimali, Ambrosiano more, Compilato*, à Religioso & Reuerendo P. MATTHIA BELLINTANO Capuccino Prædicatore composito, fidei aduerfatur, nihil bonis moribus, imo proderit multum omnibus, & qui norint uti, ad mores optimè componendos, ad comprimendos & arguendos prauos, & Concionatoribus ad Conciones optimè instituendas. Ita testamur nos Theologi Doctores. Datum Lugduni die 10. Maii 1624.

FR. ROBERTVS BERTHELOT
Episcopus Damasci.
C. de VILLE.

Q*uadragesimale hoc* R. P. BELLINTANI ipso Autoris nomine, commendatione dignum, & à Theologis approbatum ut in lucem edatur permittimus. Lugduni die 13. Maii anno Domini 1624.

MENARD Vic. Gen. Subst.